

14.

COMPETITIO AD AGGREGATIONEM

JUSSU REGIS OPTIMI,

ET EX MANDATO SUMMI REGIE UNIVERSITATIS MAGISTRI,

INSTITUTA ANNO 1826.

AN SANGUIFERORUM VASORUM INFLAMMATIONES

FEBRIUM { CAUSÆ
EFFECTUS?

THESIS,

Quam, Deo favente, in celeberrimâ Facultate Medicâ Parisiensi,
præsentibus judicibus, publicis competitorum disputationibus
subjiciet et dilucidare conabitur,

DIE MENSIS DECEMBRIS 1826.

L. J. A. VALAT,

DOCTOR MEDICUS E PARISENSI FACULTATE, SODALIS MONSPESSULI MEDICO-PRACTICÆ
SOCIETATIS; ATQUE NUPER IN EADEM URBE SUB-PRÆSES CHIRURGICI CIRCULI, SUB-
PROSECTOR MEDICINÆ FACULTATIS, PRIMUS INTER SCHOLÆ PRACTICÆ ANATOMICÆ
ALUMNOS, NEC NON PRIMUS INTER MAJORIS XENODOCHII CHIRURGOS EXTERNOS, ETC.

..... Exultantiaque haurit
Corda pavor pulsans laudumque arrecta cupido.
ÆNEIDOS, lib. v.

PARISIIS,

EX TYPIS H. FOURNIER,

VIA DICTA DE SEINE, N° 14.

CONCERTATIONIS JUDICES.

Præses. DOCT. ESQUIROL.

Judices. { PROF. RÉCAMIER.
FIZEAU.
CAYOL.
FOUQUIER.
ADELON.
DOCT. AGG. JADIOUX.
DOCT. AGG. KERGADEEC.

Vicarii. { DOCT. AGG. CHOMEL,
DOCT. AGG. ROCHOUX .

COMPETITORES.

| | |
|--------------------|-----------------|
| D. D. PIORRY. | D. D. BOULLAUD. |
| BENECH. | DRONSART. |
| MARTIN-SOLON. | WEST. |
| GUIBERT. | TROUSSEAU. |
| GIBERT. | DANCE. |
| BAYLE. | DALMAS. |
| LÉGER. (THÉODORE). | VALAT. |

CELEBERRIMI FOUQUET

OLIM DISCIPULO

NUNC ÆMULO

C. CAIZERGUES,

Professori in Mospeliensi Facultate antea Medicinæ legalis, hodiè verò Materiei medicæ et Therapeutiæ; nec non Academiae Regiæ Medicæ sodali, etc., etc.

Hic nobis carissimum præclarumque nomen in fronte hujusce opusculi ac veluti solenne ornamentum ostentatur.

Nunc mihi adsis optimâ mente tu qui ingenio ac arte tantum nobis profuisti: ingenio tu rectissimus me altissima indicationum medicationumque dogmata edocuisti; arte verò tu salvator meme fratresque duos dilectissimos successim sanitati reddidisti. En ergò triplicis gratitudinis maximè exiguum pignus: ad te hancce unam quantulamcunque thesim referimus.

Vir pretiosissime! quidquid infirmum est in nobis, te opitulante, corroborari ac magis valere videtur; etenim hodiè, nomen tuum equidem saluberrimum, hocce sortitum atque penè improvisum opusculum mirificè palliatum venit.

Parisiis. L. J. A. VALAT, D. M. P.

Digitized by the Internet Archive
in 2016

<https://archive.org/details/b22413728>

An sanguiferorum vasorum inflammationes febrium } *causæ*
 } *effectus?*

TENUE PROEMIUM.

HUJUSCE duplicis quæstionis contextum ut methodo ac analysi præditâ mente solvere tentemus, illam ex titulo in duas quæstiones dimittimus: indè exit nostri opusculi prima delineatio. Ne autem subsequentium divisionum synopsis à me jam roges; nam non ex arte, ex verò materie ipsâ omniaquæque, spontè ordinata, successim venient.

QUÆSTIO PRIMA.

An sanguiferorum vasorum inflammationes febrium causæ?

GENERALIORA.

Illa momentosa quæstio in hodiernâ pyretologiâ iterùm revocatur; et dùm vix illam pleriquè olim audierunt, aut major pars nunc suspicatur, apud quosdam novatores, ecce recrudescit: nempè anatomicis pathologicis, raris verò, blandè arridet. De illâ quæstione tamen priorum segnitiam non argues; nam in febrium etiologiâ sanguiferorum vasorum irritationem ac inflammationem admisère, aut multiplicem profuderunt: hîc inter tot cæteros Pinel, J. P. Franck Hoffmann, Sauvages, Chirac memorandi, descendentes accurrunt. Intereâ in eorum nosographiis arteriarum ac venarum historiam aut accuratissimas observationes nequicquàm requireres; ne nomen quidem apud priores exstat. Tantummodò de arteritide et phlébitide pauci observatores nuper locuti sunt; pauciores verùm de iisdem phlegmasiis ad febrium etiologiam referendis susurraverunt. Alii in

nerveis glandulis, alii in membranâ gastricâ intestinali, cæteri in submucosis folliculis febrium causas prosecuti sunt; ferè omnes de sanguiferis vasis silent; quinimò in extispiciis non illis caverunt. Indè pauca equidem jactitata, pauciora comprobata jamjam despicias. Ergò fortiter accedamus.

PARS PRIMA

SEU

PARS HISTORICA.

Observationes et auctorum opiniones aliquâpiam censurâ prosecutæ.

§ I. DE FEBRE INFLAMMATORIA.

1. J. P. Franck hîc annotanda sequentia dixit : «... In vehementissimis inflammatoriæ naturæ febribus, sub enormi cordis arteriarumque agitatione, non modò has ipsas, sed venarum totam compagem, internâ superficie undiquè profundè rubentes ac inflammatas nos primùm conspeximus; similesque arteriæ, imprimis magnæ, phlogoses partiales, sub iisdem circumstantiis jam pluries ostendimus. » *De curandis hominum morbis Epitome*; editio secunda, lib. I, p. 184, *febris continua inflammatoria.*

2. Professor Pinel febrim inflammatoriam sub nomine mutato *febris angiotenicæ* in Nosographiâ philosophicâ recepit. Quæ appellatio (a duobus vocibus græcis ἀγγείον seu *vas*, et τείνειν seu *tendere*) vasorum tensionem aut irritationem significat. Etenim febrim inflammatoriam nunc angiotenicam gallicè definit : « Fièvre marquée par une irritation fixée principalement sur les tuniques des vaisseaux sanguins. » (Nosogr. phil. 3^{me} édit., tom. I, p. 9.) Hîc verbum irritationis non ampliùs autem inflammationis sicut in Franck, tantummodò notare velis. Istiusce prioris verbi libidinem tibi infrà demonstrabo : ità ut, ex recentioribus, sanguiferorum vasorum si non inflammatio ipsa, saltem verò irritatio, febris causa obsequiosè adest.

3. Doctor Prost ore gallico sic dicit : « La fièvre angioténique ou

inflammatoire résulte du *désordre* du système à sang rouge : elle consiste dans la fréquence des mouvemens du cœur, l'*excitation* des artères... » (Médecine éclairée par l'obs. et l'ouvert. des corps : Introd. p. ccvi et ccvii.) Néc ille in febre angiotenicâ sanguiferorum vasorum inflammationem anatomicè comprobavit : equidem in omnibus suis extispiciis non semper cor, rariùs arterias nunquàm penè venas scindere curavit. Hic etiam ab inflammatione ac irritatione suprâ dictam *excitationem* maximè declinantem annotemus ; namque ità inflammatio sanguiferorum vasorum in febre inflammatoriâ jamjam evanescit : excitatio solummodò superstat.

4. Summus Broussais hæc ponderosa gallica verba inscripsit :

« Nous ne prétendons pas nier que les tuniques des gros vaisseaux sanguins ne puissent être enflammées dans la gastro-entérite (seu febris in prisicâ atque normali linguâ) ; mais ce qu'il y a de très-certain, c'est que le plus souvent elles ne le sont pas... L'inflammation des gros vaisseaux ne saurait donc former l'essence de la prétendue fièvre inflammatoire. » (Examen des doct. médic., tom. II, p. 405-406.)

5. Postremùm noster ornatissimus competitor, doctor Bouillaud vix auditâ voce immaturè clamavit atque inter nos librum projecit. Ille scriptor nonnullis suis observationibus maximè fretus gallico calamo strenuè concludit :

« 1° Le siège de cette maladie (la fièvre inflammatoire ou angioténique) est dans le système du *cœur et des vaisseaux sanguins*.

« 2° Cette maladie consiste essentiellement *en une inflammation ou en une simple irritation de l'appareil circulatoire*... La fièvre inflammatoire n'est autre chose que la fièvre proprement dite, considérée d'une manière générale et abstraite.

« 3° Nous verrons en effet que la *fièvre inflammatoire* (seu angio-carditis ex auctore ipso) *constitue l'élément commun des autres maladies désignées sous le nom de fièvre* ; mais qu'on ne l'y rencontre pas toujours seulé. » (Bouillaud, Traité clinique et expérimental des fièvres dites essentielles, p. 40-41.)

§ II. DE FEBRE BILIOSA.

6. Antici, inter quos Forestus (Obs. med. de febr. , lib. 11) atque Hoffmann (De Febre ardente nec non cholericâ) principes hîc apparent; febrem biliosam et febrem inflammatoriam coëuntes observaverunt: ast verò, dùm istas sese comitantes sub nomine febris ardentis insignivère, febrem inflammatoriam (aut sanguiferorum vasorum inflammationem si vis), ex eorum symptomatibus sæpissimè posterioribus, tanquàm febris biliosæ causam admittere noluerunt.

7. Hodiè verò ex pridianis observationibus ac experimentis dicitur: « La fièvre que détermine l'irritation gastro-intestinale n'est et ne peut être autre chose que la transmission de cette irritation aux diverses parties dont se compose le système circulatoire. » (Traité clin. et expér. *Fièvres bilieuses*, p. 122.) Porro, si ejusdem auctoris septem observationes febris biliosæ versas, nusquàm in extispiciis istiusce irritationis sanguiferorum vasorum levissima vestigia reperies, ne ulla quidem mentio fit. Prætereà, ex ejus quinque canibus tartare emetico toxicatis (nihilominùs febrè biliosâ mortuis, si auctori fidas), sunt duo qui nulla equidem angio-carditidis vestigia afferant. (*Ibid.* p. 86, 88.) Juxtà cæteros, quidquid id est ista vana aliquanta rubedo cum injectione in cordis oriculis? Ergò noster auctor in refutationem spontè suâ ruit; ergò, ex ejus observationibus ac experimentis, febrilis tumultus in affectione biliosâ non à sanguiferorum vasorum inflammatione pendet.

§ III. DE FEBRE PUTRIDA AUT ADYNAMICA.

8. Unus è nostri temporis peritissimis anatomicis, doctor Ribes, arteritidis vestigia post febrem adynamicam nunquàm invenisse fatetur. Attamen, ex multis observationibus, in febris adynamicæ etiologiâ ad phlebitidem libenter inclinat. Dùm autem istam venarum inflammationem jactitat; ipse negat ab enteritide plerisque anato-

micis sæpissimè obviâ, febrem adynamicam provocatam fuisse. Etenim herniæ incarceratæ casus, in quibus enteritis gangrænæ tenus ascendit, memorans, febrem adynamicam abesse indicat. (Revue médicale, tom. VII.) Quid ergò? Venarum inflammatio, magis quàm intestinorum phlegmasia in febre adynamicâ suscitandâ valeret? Ad doctorem Broussais revoco. Attamen doctor Ribes phlebitidis necropsica signa apud adynamicos infidelia confitetur.

9. Maximè expertus Prost vix ter aut quater arterias aut venas rubescentes vel etiam livescentes reperit. (Videsis de Febre adynamicâ, obs. v, vi, xviii, xxvi, Médec. ecl. par l'obs., etc.)

10. Professor Dugès tres observationes febris adynamicæ nobis suppeditat; non verò in sanguiferorum vasorum inflammatione causam febris comperisse putat. (Videsis obs. v, vii, xlviii. Essai physiol. pathol. sur la nature de la fièvre, tom. II.) Ex ultimâ observatione hancce affirmationem gallicam depromam: *autopsie*. «Ce fut en vain que l'on chercha quelques traces d'altération dans le cœur ou dans les gros vaisseaux; on n'en découvrit aucune: tous ces organes étaient sains.» (Tom. II, p. 48.)

11. Doctor Bouillaud, contrà, febrem adynamicam ab irritatione præsertim sanguiferorum vasorum, nec non à sanguinis alteratione, pendere in suo libro concludit (p. 355). Equidem in nonnullis ejus observationibus quædam signa angio-carditidis præbentur; in plerisque verò eadem signa absunt: ac etiam si ejusdem observationes de febre biliosâ iterùm verses, illam ad naturam adynamicam ulteriùs conversam ex ipso auctore respicies; ast sanguiferorum vasorum inflammationes oblitus fuit, utpotè narrans omisit. Ergò sanguiferorum vasorum inflammationes tanquàm febris putridæ aut adynamicæ causæ nullomodò demonstrantur.

12. Quin imò, asseruit competitor febrem putridam, seu angio-carditidem, à putrescentium escharrarum plurimùm internarum miasmaticâ absorptione pendere. Quî fit autem ut sæpiùs febris putrida recedat, dùm escharra spontè apparet! Nemo equidem hocce criseos genus ignorat; nosmet cum professore Caizergues quemdam adyna-

micum , ab escharrâ omne superioris labri dexterum dimidium invadente , salvum fuisse simul vidimus.

§ IV. DE FEBRE TYPHODA.

13. Doctor Breschet in unâ ex notis suis Hodgsonianam traductionem suam ornantibus dixit : « Il est rare que *l'inflammation d'une veine* , surtout si elle a quelque développement , ne soit point accompagnée d'un trouble général ou *d'un véritable état fébrile* , dont l'intensité variera suivant celle de l'inflammation , suivant l'étendue de la maladie , son siège , l'importance du vaisseau , et la tendance vers telle ou telle terminaison. Il est à remarquer que plusieurs médecins ont observé dans ces circonstances *les phénomènes propres au typhus* , et , moi-même , chez plusieurs sujets qui avaient succombé aux accidens du typhus , *j'ai trouvé des traces évidentes d'inflammation dans les veines encéphaliques et dans les sinus veineux du crâne*. La durée de ces inflammations est parfois très-courte ; le plus souvent elle est continue ; cependant il paraît , d'après l'observation de M. Fizeau , que cette phlegmasie peut être rémittente et offrir de véritables redoublemens dans ses symptômes. » (Traité des maladies des artères et des veines par Hogson , trad. de Breschet , tom. II , p. 453.)

§ V. DE FEBRE MALIGNA AUT ATAXICA.

14. Jam suprâ laudatus professor Dugès , ex multis observationibus , in hæcce duplici gallicâ lineâ de febris ataxicis dixit : « ... Le cœur lui-même était quelquefois mou , flasque , et jaunâtre dans son tissu. » (Pag. 133. Tom. II.) Quæque quantulæ , ex professore Dugès , carditidis signa non herclè habentur.

15. Ast iterùm , ornatissimus competitor Bouillaud , sanguiferorum vasorum suæ mysticæ irritationi indulgens , gallica talia fatur : « La fièvre ataxique n'est autre chose qu'un phlogose plus ou moins intense de l'appareil encéphalique ou cérébro-spinal , avec irritation sympathique du système sanguin. » (Pag 399. *Ibid.*)

Quinæ observationes (scilicet 46 , 47 , 48 , 49 , 50) ab illo allatæ ,

ipsimet infensæ, referendæ sunt; nam in nullâcunque sanguiferorum vasorum irritationis nec à fortiori inflammationis ulla signa adsunt. Ne autem nondùm indefinitæ irritationis in alis sese effugiat; nempè hasce lineas gallicè jamjam inscripsimus: «La fièvre inflammatoire (seu angio-carditidis in quocumque gradu, ex auctore ipso) constitue l'élément commun des autres maladies, désignées sous le nom de fièvre. (Pag. 41.)»

§ VI. DE FEBRE HECTICA.

16. Hic, angio-carditidis causâ, doctor Bouillaud, unicus, iterùm apparet; ast sese inscium confutavit; etenim ita incipit: «... Il résulte des faits rapportés dans ce chapitre que ces altérations (je veux parler des altérations organiques correspondantes à la fièvre elle-même, considérée d'une manière abstraite, et indépendamment des affections locales qui peuvent la déterminer), lorsqu'elles sont accessibles à nos sens (Evadentem miramini!) sont celles qui caractérisent une phlegmasie du système circulatoire.» (Loco citato, pag. 504.) Illa sufficiunt: postea sanguiferorum vasorum rubedinem, emollitionem, et multa cætera tanquàm angio-carditidis signa ab isto jactitata, amplissimè refellemus.

PARS SECUNDA

SEU

PARS PHILOSOPHICA.

CAPUT PRIMUM.

Suntne physiologici characteres sanguiferorum vasorum inflammationum?

§ I. SUNTNE EXTERNORUM VASORUM INFLAMMATIONIS CHARACTERES PHYSIOLOGICI?

17. In externorum vasorum inflammationibus, non verò in omnibuscunque, tantummodò dici potest an sanguiferorum vasorum

inflammationes febrium causæ sint. Quæ etiam affirmatio subcutaneas venas inflammatas unicè spectat. Etenim, profundiores, cæteræ venæ atque arteriæ invisæ suas phlogoses nobis eripiunt : tum iudicium sæpius impossibile. Non ita autem de exteriorum vasorum inflammatione. Ecce dicendum casum, sub professore Delpech, observatum.

Observatio febris ataxicæ à saphenæ externæ inflammatione seu à saphenitidè (si novo verbo parcere velis).

18. Homo quidam, triginta annos circiter natus, à suo plaustro delapsus, rotam transversè obliquantem in dextro femore passus est. Paulò post, cum in xenodochium venisset, tumescentem, nodosam, rubentemque, nec non omnis pressionis impatientem lineam, secundùm atque insuper venam saphenam externam conspeximus. Interea ille miser cum indomito delirio, insigni loquacitate, motibus inordinatis, atque cæteris ataxicis symptomatibus, febricitat : duobus aut tribus diebus in istâ febre prætermisissis, en internâ ac internâ parte femoris abcessus, cum longo fluxu atro cruori immixti, tabi, dehiscens apparet. Tum professor Delpech specillum conductorem, peritâ manu, immittit; atque in supernâ parte saphenæ specillum pervenisse, nos omnes circumstantes, mirando vidimus. Nec dubium de phlebitide superest: quid agendum, dum noxium pus in sanguinem infertur? Ecce: insuper specillum, strenuè scinditur: vena latè inflammata patescit; atque puris congeriem juxtâ singulam valvulam vidimus; indè saphena nodosa primùm visa fuerat. Illâ salutari operatione tabum depromitur, atque deinceps extûs effluit; tandem secundùm artem cicatrix provocatur.

Ex eo, febris ataxica silet atque recessit. Hic equidem febrem ataxicam à saphenæ inflammatione pendere nos omnes vidimus.

§ II. SUNTNE INTERNORUM VASORUM INFLAMMATIONIS CHARACTERES
PHYSIOLOGICI?

19. Angio-carditidis totam symptomatologiam explanare non meum est; ast ejus proprios habitus tùm tùm ostendere meâ refert: indè exsiliet sanguiferorum vasorum inflammationum, februmque discrimen.

20. Inter tot auctores unicum J. P. Franck accersam: ille qui primus sanguiferorum vasorum inflammationes, tanquàm februm causas indicavit, de angio-carditide verâ, seu legitimâ, talia verba profert: « Quo iescunque *dolor ad cordis regionem, palpitatio ac vibratio fortis, pulsus irregularis, lypothymicæ* simul comparent. Tunc probabiliùs de præsentè aut cordis, aut vasorum majorum aut pericardii inflammatione argumentum habetur. Ægrotus, *cujus nos arterias venasque non modò cordis, sed universi corporis, erysipelacea, sed profundè rubrâ phlogosi interiùs notatas vidimns....* Levi primùm *cordis sub motu perturbatione* correptus est.... Quo primum tempore *palpitatio cordis* urgere incœpit,... *cor sibi stringi...* persensit;... pulsus, quos facillè numerari posse non credebamus, *centum octoginta quinque, ducentosque*, uno quidem minuto, ictus... edebant. Cordis ipsius motus continuo insigniter vibrans, *convulsivus, cum oppressionè ac dolore pectoris*, præcipuè sinistri, per totum hypochondrium ejusdem lateris extenso, *tactumque fugiente...* Accedente sub fine morbi *lypothermiâ frequentiori...* præcipitatis expiranter. »

21. Nunc quæso à te an in plerisque febribus eadem angiologica symptomata observes; ità ut sanguiferorum vasorum inflammationes februm causas affirmare possis? Ast tertium punctum citò fiat: et tu, benevolentissime lector, audi quò rem deducam.

§ III. MULTÆ SUNT SANGUIFERORUM VASORUM INFLAMMATIONES SINE ULLA
FEBRE.

22. Si sanguiferorum vasorum inflammationes sine ullâ febre sæpissimè observatæ fuerint, quid inferendum, nisi istæ inflammationes fe-

brium non causas generatim adesse? Nec observationes certè desunt. Et primùm Meckel juvenem quemdam ac senem alium sine insigni symptomate occumbentes vidit : attamen sectio cadaverum cor suppuratum atque emollitum exhibuit. (In Pinel, p. 399, tom. II.) Proximior Corvisartsuis observationibus carditidim occultam confirmavit. (Videre est obs. XLI, XLII, XLIII, in Essai sur les maladies du cœur.) Inter coævos præclarus Broussais cordis inflammationis sine ullâ febre exemplum nobis suppeditat. (Videsis Histoire des phlegmasies chron., tom. II, liv. 1, obs. p. 475.) Doctor Andral in gallico opere dixit : « Dans les fièvres, la phlegmasie des artères ne doit être considérée que comme une complication assez rare, et qui n'est appréciable jusqu'à présent par aucun signe caractéristique. » (Clinique médicale, t. II, p. 412.) Item ille, qui ab angio-carditidi febres pendere hodiè jactitat, ille numerosas observationes angio-carditidis, sine febre ullâ, nuper edidit. (Traité des Maladies du cœur et des gros vaisseaux, par Bertin et Bouillaud, obs. xxvii, xxviii, xxix, xxx, revisere placeat.) Ergò sanguiferorum vasorum inflammationes febrium causæ absolutæ non longè insunt.

25. Nec non experimenta, nostrâ causâ, argumenta fiunt. Therapia chirurgica sanguiferorum vasorum inflammationes, febribus saltem immunes, sæpissimè ac saluberrimè provocat. Ità, in arteriotomiâ, in phlebotomiâ, vas pungitur, scinditur; mox irritatur, inflammatur ut coalescat; nec febris advenit, sed contrâ fugatur. Ast etiam majora perficiunt chirurgi : arteriarum, venarumque truncos ligant; nec febres suscitant; nam dùm quindenæ, aut quintæ ac vigesimæ, aut aliquandò trigesimæ diei tenùs, cadendâ ligaturâ sanguiferum vas evidenter inflammatur, febris traumatica a quintâ aut septimâ die sæpiùs abest.

24. Ergò observationes atque experimenta sanguiferorum vasorum inflammationes febrium causam non generatim nec generatim esse, concordés sanciant.

§ IV. SANGUIFERORUM VASORUM INFLAMMATIONES, FEBRIUM CAUSÆ A NONNULLIS HABITÆ , SUNTNE ALIQUANDO EORUMDEM VASORUM SIMPLICES IRRITATIONES ?

25. Ecce quò etenim adventum est; nam fallaci nomine irritationis angio carditide legitimâ prætextâ, res ipsa verbo expellitur. Quis verò sensus, quæ significatio istæ mysticæ irritationis voci?... Dùm vaga stet, quid evenit? Nonne vides omnes systematis inventores tibi certatim instantes? Nam ille gastro-enteritidem, hicce dothinenteridem, alter aut cerebri, aut medullæ spinalis, aut nerveorum glandulorum asthenicam affectionem, omnes tandem, ex irritationis signis, variorum organorum irritationem cantabunt. Sic verbo decepti, in ipsomet verbo mirabiliter jocantur: nempè, si non legitimam inflammationem, saltem verò miniusculam irritationem accusant.

26. Illuc undè abii redeo. Quis sanguiferorum vasorum irritationes in physiologicâ aut normali vitâ sæpissimè non vidit? Quis, ut brevis evadam, post vividam animæ emotionem, aut pertinacem mentis laborem, aut etiam quæ obstetrix per tempus facillimæ parturitionis sanguiferorum vasorum irritationem non animadvertit? Ecquid! eandem sanguiferorum vasorum irritationem febrium causam adesse credam?

24. Ergò angiotenica irritatio, seu ex nonnullis sub-inflammatiò, non febrium causa, potiùs verò effectus, in multis casibus versatur. Quæ propositio in secundâ questione mox demonstrabitur.

CAPUT II.

Suntne anatomici characteres sanguiferorum vasorum inflammationum?

§ I. DE SANGUIFERORUM VASORUM RUBEDINE.

28. Phlogistica rubedinis non dubiæ observationes maximè rarescunt. Recentiores anatomici-pathologici illam rubedinem sæpè

sæpiùs nihil aliud esse quam phenomenon morti ulterius demonstrant.

29. Desideratissimus professor Laënnec, ille ætatis nostræ in anatomicâ-pathologicâ princeps, de sanguiferorum vasorum cadaveroso rubore, inter tot cætera præstantiaque, hæcce gallica dixit : « Lorsque l'aorte contient très-peu de sang, la rougeur n'existe que dans la ligne en contact avec lui, et forme une sorte de ruban. (Auscult. méd., nouv. édit., tom II, p. 600.) Quelquefois la surface interne du cœur et les orillettes sont seules rougies; et nous remarquerons que dans ces cas le cœur est plein de sang, et que les artères n'en contiennent presque pas. (p. 601.) ... La couleur violette est toujours beaucoup plus marquée sur les parties des vaisseaux qui ont été le plus en contact avec le sang, d'après les lois de la pesanteur... (p. 602.) »

30. Quæ observationes experimentis confirmantur. Ipse narrans Laënnec insequitur : « Chez un sujet dont l'aorte, enlevée en entier, était blanche et saine intérieurement, je remplis cette artère du sang du cadavre, et je fis deux ligatures aux extrémités. Je renfermai ensuite la pièce dans l'estomac du sujet, afin de la préserver du desséchement, et de la mettre dans les mêmes conditions de décomposition que le reste du cadavre. Au bout de vingt-quatre heures, j'incisai l'aorte, dont la membrane interne offrait parfaitement la teinte écarlate.... Cette teinte ne fut pas affaiblie par des lavages réitérés. (p. 604.) »

31. Ex paucis mensibus hippiatricus Alforensis Rigot cum doctore Trousseau de sanguiferorum vasorum rubedine sequentia invenerunt : et primùm in octo et viginti equis, post obitum sine morâ observatis, nulla rubedo visa fuit. Deindè quinque animalia, canes aut equos, ex quinque horis necatos, secaverunt, nec ulla sanguiferorum vasorum rubedo apparuit. In cæteris autem quatuordecim animalibus, ex septem et decem horis mactatis, ubicunque cruore maduerant sanguifera vasa, rubida panduntur. Quin etiam, cadaveribus in latere decubitis, ejusdem lateris oriculum, ventriculumque cordis, carotida, axillaris,

cruralis que arteria sub cruoris fibrinæque immixtâ mole, rubescebant aut livescebant; dùm alterius partis omnia sanguifera vasa rubidâ aut lividâ tincturâ non inquinarentur. (Videsis Recherches nécropsiques, etc. in Arch. génér. de méd. 1826. octob.)

32. Quæque omnia nec Morgagni (Ep. xxvi, art. xxxvi.), nec Hodgson fefellerunt. Ille equidem secundùm gallicum traductorem Breschet dixit : « La surface interne des artères offre souvent un aspect rouge qui ne dépend pas d'une inflammation aiguë.... Cette apparence rouge de la surface interne d'une artère s'observe souvent dans le voisinage d'un coagulum, et elle n'est alors probablement que l'effet de la transsudation après la mort. » (Hodgson, Traité des maladies des art. et des vein., tom. I, p. 8 et 9.)

33. Atqui sanguiferorum vasorum rubor nec livor angiotidem testantur, ergò ex rubore neque livore non unquam firmare poteris sanguiferorum vasorum inflammationes febrium causas esse.

§ II. DE SANGUIFERORUM VASORUM EMOLLITIONE.

34. Ex nonnullis annis organorum emollitio sicut inflammationis exclusiva terminatio laudatur : quam de corde doctor Bouillaud etiam laudare conatus est; ast fortior professor Laënnec illum validissimè refellit confutavitque. (Videsis ejus argumenta, p. 539-540 ibid.) Hic tantummodò de cordis emollitionis cum febribus coexistentiâ, atque naturâ, insignium insigniora gallicè referam : « Le ramollissement du cœur coïncidant avec les fièvres essentielles.... peut être comparé au ramollissement gluant ou poisseux des muscles que l'on observe souvent dans les mêmes maladies, et qui est aussi accompagné d'une rougeur plus intense que dans l'état naturel. Le ramollissement du cœur, de même que l'état gluant ou poisseux des muscles, s'observe surtout dans les fièvres putrides, etc. p. 537-538.... Le ramollissement du cœur me paraît être une affection sui generis, produit d'un trouble de la nutrition par lequel les élémens solides du tissu diminuent en proportion de ce que ses élémens liquides ou demi-liquides augmentent. Tous les muscles se ramollissent à un médiocre

degré dans une foule de maladies aiguës et chroniques : quelques jours suffisent pour produire cet effet, comme on peut s'en assurer; non-seulement par l'autopsie, mais même en palpant les membres des malades; et ce changement a lieu *sans aucun signe d'inflammation*.... Le ramollissement du cœur et des muscles est une affection qui a d'ailleurs des analogues.... dans le rachitis, dans le ramollissement blanc du cerveau, dans le ramollissement souvent transparent, incolore, gélatiniforme de la membrane muqueuse de l'estomac, des intestins..., dont MM. Jaeger et Cruveilhier ont publié récemment des exemples... » (p. 540, 541, 542, *ibid.*)

35. Nec non professor Récamier, in Parisiis præcipuo xenodochio, præ nostris mirantibus oculis, corda emollita neque digitum apicem sustinentia, absque ullâ inflammatione, sæpissimè obtulit : videre est in thesi meâ, coram hujusce scholæ professoribus non indecorè defensâ, cordis sine phlogosi emolliti exemplum; quod idem inclytus professor, alumnis circumsessis demonstrandum, ex urbe afferrî jusserat.

36. Ergò ab emollitione cordis, illud organum inflammavisse, neque à fortiori ejus inflammationem febrium causam esse concludere non decet.

§ III. DE POLYPOSIS IN SANGUIFERIS VASIS CONCRETIONIBUS.

37. Quid dicam de *inflammatione polyposâ*, seu de polypis inter sanguiferorum vasorum characteres inscriptis à doctoribus Kpeysig, Burns, Bouillaud, Velpeau; postquàm professor Laënnec ratiociniorum strenuâ acie illos omnes fusè discerpserit? Quæ ratiocinia ne revisere omittas, (pag. 610 et seq. *ibidem*). Nos autem unam observationem tantùm addamus.

Observatio-Polypi in plerisque sanguiferis vasis.

Narbonnensis mulier, nondùm quadragenaria, immani, exulcerato horridoque cancro, horridiore verò fœtidissimo ac cruento pure desuper pendentes escharras spissè manante, in lævâ mammâ crucie-

batur. Invitis trecentis hirudinibus, ab uno ex empiricis nostri temporis antea apposis, è longo marcessens, in xenodochium Monspensuli, expesque, advenit, tandem felicior occubuit. Secto cadavere, sanguinis concreciones undique in vasculis imprimis venosis apparent: stupemus omnes; ipse professor Delpech scalpello prosequitur; ac in toto corde, in omnibus venis, præcipuè infernis, in multis arteriis, polypi latè longiscunt. (Indè in sanguiferis vasis serpentium fabula olim orta fuit; videsis Morgagni.) Porrò quidam ex his polypis vasis adhærebant; pseudo-membrana passim aderat. An ergò angio-carditidis vestigia hinc videas? Non nos verò, nam illa infelix femina seu morbo, seu hirudinibus tam exhausta fuerat, ut phlogistici molimini cogitatio verè medicæ menti omninò repugnat.

38. Ergò si sanguiferorum vasorum polypi, eorum inflammationes non demonstrant, nec sanguiferorum vasorum inflammationes februm causas esse certius demonstrabunt.

§ IV. DE PURE IN SANGUIFERIS VASIS.

39. Neque in arteriis venisque præsens pus sanguiferorum vasorum inflammationem non absolutè demonstrat; nam experimenta observationesque puris transmeationem ac absorptionem post mortem, vel antè, simul comprobant.

40. Etenim peritissimus doctor Magendie, in humano cadavere nec non in viventibus animalibus, variæ naturæ liquores, juxtà atque insuper arterias et venas nudatas appositos, mox intùs evasisse sæpissimè expertus est. (*Vide Journal de Physiologie, tom. I. De l'absorption, 1^{er} mémoire.*)

41. Etiam Dutrochet (ex doctore Andral in suâ primâ oratione à me auditâ, nuperrimè narrante), coràm Gallico regio Instituto, de illâ organicarum membranarum absorbendi avidissimâ proprietate similia ostendit.

42. Professor Cruveilhier venas totius inferioris membri alicujus cadaveris in multiplicibus circumfusus abscessibus madentes fortuito invenit: plurimæ integræ adhuc, idem pus ac exterius, interius

monstravère. Hic dialecticus professor commemorat metritidis acutæ observationes ; quæ parvulis ac plurimis abscessibus , cum pure venas omnes rigante , scatentem uteri textum præbent. Easdem purulentas irrigationes in venis erysipelam ac phlegmonum circumjacentibus sæpissimè observatas nec non commemorat. (*Vide* Nouv. B.B. médic. , mai 1826.)

43. Ergò pus in sanguiferis vasis eorum inflammationes, nec istas febrium causas esse, non severè demonstrant.

44. Sanguiferorum vasorum pseudo-membranas, vegetationes, ulcera, erosiones, ossificationes cæteraque, haud frequentissima equidem, à re meâ nimiùm distantia, ego silens prætermittam.

CAPUT III.

Suntne therapeutici characteres sanguiferorum vasorum inflammationum ?

45. Omnes à sanguiferorum vasorum inflammationibus pendentium febrium doctrinæ fautores, ab antiphlogisticæ medicationis crebro successu, argumenta repetiverunt ; quæque illa haud certè de febre inflammatoriâ, nec de aliquâdam febre ataxicâ negabimus. Ast contrà in febribus adynamicis, hecticis, intermittentibus, quid pejus ab antiphlogisticis sæpè sæpiùs non accideret ?

46. Unum tantùm addamus de febre biliosâ ; et facta factis numerosioribus repellamus. Doctor Bouillaud, professorem Bertin ab antiphlogisticorum usu unicum inter sex ægrotos amisisse dixit. Ast professor Broussonet, in Monspessuli xenodochio, ab emeticis nec plus unum è quadraginta, anno 1825, è quatuor et quinquaginta, anno 1819, è duobus et septuagenis, anno 1817, biliosis febribus ægrotantibus amisit. (*Vide* Ephémérides médic. , tom. II , juin 1826.)

47. Ergò antiphlogisticæ medicationis quidam successus sanguiferorum vasorum inflammationes, nec à *fortiori* sanguiferorum vasorum inflammationes febrium causas esse, non probant.

Nunc tandem secundæ quæstionis in arcem veloces irrumpamus.
Deinceps conclusiones fiant.

QUÆSTIO SECUNDA.

An sanguiferorum vasorum inflammationes febrium effectus ?

48. Oh quam multa in hâc materie agenda supersunt ! Etenim prioribus sanguiferorum vasorum inflammationes ignorantibus , earum causæ illos præterierunt : à *fortiori* an sanguiferorum vasorum inflammationes febrium effectus essent non scrutari caverunt. Carditidis ipsæ etiologiam Corvisart et Pinel ne paucis quidem verbis lambère. Idcirco cum analysi præditâ mente nos cauti pergamus.

§ I. AN SANGUIFERORUM VASORUM INFLAMMATIONES FEBRIS INFLAMMATORIÆ EFFECTUS ?

49. Febris inflammatoria sanguiferorum vasorum inflammationum non absoluta causa habenda est. Tantùm verò causa *occasionalis* seu *procathartica* fieri potest. Nam illa pathologiæ generalis norma statuitur , scilicet , febrim inflammatoriam ad inflammationem omnes organos , non secùs ac occasio , inclinare. Ast secundùm idiosyncrasiam , modò peripneumoniam , modò peritonitidem , rariùs verò sanguiferorum vasorum inflammationes vides ; nam de hisce numerosiores et accuratiores observationes adhuc expectantur.

§ II. AN SANGUIFERORUM VASORUM INFLAMMATIONES FEBRIS BILIOSÆ EFFECTUS ?

50. Creditur antiquos angio-carditim à febre biliosâ sub nomine *febris ardentis* seu *causi* admisisse ; non autem sanguiferorum vasorum inflammationes anatomicè indagaverunt. Quid porrò vanius ? Ergò ne te morer in istis.

§ III. AN SANGUIFERORUM VASORUM INFLAMMATIONES FEBRIS PUTRIDÆ
SEU ADYNAMICÆ EFFECTUS ?

51. Doctorem Ribes adynamicorum extintorum in arteriis nihil invenisse jamjam diximus ; sed phlebitidis vestigia nunciat. Suntne effectus ? Negat, non autem demonstrat.

52. Nos etiam apud multa adynamicorum cadavera, è reclusionis publicâ domu, in hâcce supremi medici, professoris Lordat, jussu nobis missa, sanguifera vasa rubescentia aut livescentia sæpè sæpiùs vidimus : item in mucosis, in cute, in telâ cellulari, in musculis. Doctor Gaspard de putridarum substantiarum infusione experimentis eadem effecit : id est ecchymosas undiquè produxit. Quid inferam, nisi sanguiferorum vasorum cruentæ maculæ, inflammationes quandoquè habitæ, febris putridæ effectus adsint ? Etenim per febrem adynamicam, post-ve, phlebitidis certæ observationes, præter doctoris Ribes nonnullas penè priores, ex meâ sententiâ adhuc desunt.

§ IV. AN SANGUIFERORUM VASORUM INFLAMMATIONES FEBRIUM INTERMIT-
TENTIUM EFFECTUS ?

53. Si theoriæ indulgere liceat sanguinis recessum, per uniuscujusque febrilis accessûs invasionem ac horripilationem, interiorum sanguiferorum vasorum inflammationum causam proegumenam fieri posse videtur. Etenim observatio febrem intermittentem violentissimis palpitationibus, atroci ac mordicante dolore cordis, crebris lypothymiis stipatam doctori Jonquet præbuit : ille, ex suâ experienciâ, febris intermittens perniciosæ *carditicæ* novo nomine illam salutavit.

§ V. AN SANGUIFERORUM VASORUM INFLAMMATIONES FEBRIUM EXANTHE-
MATICARUM EFFECTUS ?

54. Nuperæ observationes, à doctore et equite Tanchou editæ, brevi mentione indignæ haud existimandæ sunt. Rei meæ magis proxima tantùm depromam. Dixit Tanchou in Journ. univ. des sc. médic., 10^{me} année : « Sur plus de cinquante individus morts de la petite-vérole que j'ai ouverts, j'ai trouvé et constamment trouvé une inflammation, plus ou moins forte, de la face interne du cœur et des artères; deux fois seulement elle m'a paru si légère, qu'elle pouvait être révoquée en doute : p. 97.... Quelquefois cette inflammation n'occupe que le cœur et les grosses artères; d'autres fois elle envahit jusqu'aux plus petites branches artérielles... , et pénètre même jusque dans les veines : p. 98... J'ai trouvé chez un individu, qui n'avait plus de boutons et de croûtes que sur la face, tout le corps étant en desquamation; j'ai trouvé, dis-je, l'artère carotide externe, la carotide primitive, la sous-clavière seulement, l'aorte et le cœur enflammés : p. 99. »

55. Quæ ultima observatio sanguiferorum vasorum inflammationes febris variolosæ effectus potiùs quàm causas esse demonstrare videtur; nam febris cum eruptione jamjam sublata fuerat, dùm angiotidis vestigia adhuc superstarent. Observator ipse vasorum inflammationes febris effectus, aut complicationes, hïc generatim versari putat. Ast erantne legitimæ inflammationes? Rubedo nonne mentita est? Ne phenomenon *imbibitionis* illum abuteretur, attentè cavisse auctor declarat. Quid concludere autem, nisi noviores observationes expectandas esse?

56. Tandem doctor Andral sanguiferorum vasorum omnium phlogosæos, post febrem morbillosam, unam observationem servat. Doctor Desruelles *Æmulationis medicæ Societati* unam de eodem etiam transmisit.

Vix duas simillimas observationes de febre scarlatinâ doctoris

Sen inauguralis thesis continet : porrò ex paucissimis observationibus dic , quæso , ansanguiferorum vasorum inflammationes febris morbillosæ et febris scarlatinæ } causæ
 effectus ?

Ast ego , postremâ die concessâ premente , hujusce non revisæ theseos fines , meme invitum hucusquè vanæ effugientes , ut decenter attingam , ad corollaria propero.

COROLLARIA.

I. Solutio quæstionis nostræ non generaliter nec absolutè dari potest.

II. In febre inflammatoriâ sanguiferorum vasorum inflammationes sæpiusculè causæ sunt : (J. P. Franck , Pinel , Prost , Bouillaud) rariùs verò effectus ; tum febris inflammatoria vasorum inflammationum causa proegumena aut *prædisponens* habenda est.

III. In febre biliosâ sanguiferorum vasorum inflammationes raræ causæ sunt : non autem rarissimi effectus (Hippocras *de causa* ; Forrestus , Hoffmannus *de febre ardente* .)

IV. In febre putridâ sanguiferorum vasorum inflammationes insolitæ causæ sunt (Prost , Dugès , Ribes (Parisiorum) (juxtà arteritidem saltem) ; *idem* contrà unicus pro phlebitide tantùm vindicat) : magis verò insoliti effectus.

V. In febre malignâ atque in typhoïdâ febre sanguiferorum vasorum inflammationes quandoquè causæ visæ sunt (Chirac , Breschet) ; effectus esse adhuc inauditum.

VI. In febre hecticâ sanguiferorum vasorum inflammationes causas præesse doctor Bouillaud minimè demonstravit ; sese equidem in confutationem implicat , nam invisam angio-carditidem implicitus atque invitus admittit . (Bouillaud , loc. cit. p. 504.) Ast suntne effectus ? Observationes desunt.

VII. Februm intermittentium sanguiferorum vasorum inflammationes

interdùm causæ , adfuère ; interdùm effectus , hinc febris intermittens perniciosa *carditica* (Jonquet).

VIII. Februm exanthematicarum, scilicet febris variolosæ (Tanchou.), morbillosæ (Andral, Desruelles.), scarlatinæ (doctor Senn.), sanguiferorum vasorum inflammationes effectus fuisse suspicio adest.

IX. Sanguiferorum vasorum inflammationum signa seu characteres physiologici non invariè statuta sunt (Meckel, Corvisart, Broussais, Andral, Bertin et Bouillaud.) : ideò an februm $\left\{ \begin{array}{l} \text{causæ} \\ \text{effectus} \end{array} \right.$ à priori non absolutè dici potest.

X. Nec sanguiferorum vasorum inflammationes, è cujuspam therapeuticæ methodi successu aut frustratione, invariè diagnosci possunt ; ergò an februm $\left\{ \begin{array}{l} \text{causæ} \\ \text{effectus} \end{array} \right.$ à posteriori non absolutè asserere poteris.

XI. Nec tandem, an sanguiferorum vasorum inflammationes februm $\left\{ \begin{array}{l} \text{causæ} \\ \text{effectus} \end{array} \right.$ adesse, ex anatomix pathologicæ nimiis jactationibus, generaliter ac absolutè à posteriori solvendum est. Nam rubedo, emolilitio, polyposæ concreciones, pus ipsummet, sanguiferorum vasorum inflammationum sæpissimè mendacia vestigia insunt. (Morgagni, Hodgson, Laënnec, Récamier.) postremùmque competitoris Trousseau caninas equinasque observationes non redicam ;

..... Ne me Crispini scrinia Lippi
Compilâsse putes, verbum non ampliùs addam.
Q. HORATIUS FL. Satirarum. lib. 1, Sat. 1.

FINIS.

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

ELENCHUS

SEU

SYNOPSIS ANALYTICA.

| | Pag. |
|---|--------|
| DEDICATIO. | 3 |
| TENUE PROEMIUM. | 5 |
| QUESTIO PRIMA. An sanguiferorum vasorum inflammationes febrium causæ? | 5 |
| GENERALIORA. | |
| PARS HISTORICA. | |
| § I. De febre inflammatoriâ. | 6-7 |
| § II. De febre biliosâ. | 8 |
| § III. De febre putridâ. | 8-9-10 |
| § IV. De febre typhodâ. | 10 |
| § V. De febre ataxicâ. | 10-11 |
| § VI. De febre hecticâ, | 11 |
| PARS PHILOSOPHICA | |
| CAPUT I. Suntne sanguiferorum vasorum inflammationum charac- teres physiologici | |
| § I. In sanguiferis vasis externis, | 11-12 |
| § II. In sanguiferis vasis internis? | 13 |
| § III. Sunt sanguiferorum vasorum inflammationes sine ullâ febre. | 13-14 |
| § IV. Sanguiferorum vasorum inflammationes, febrium causæ habitæ, suntne aliquandò simplices irritationes? | 15 |
| CAPUT II. Suntne sanguiferorum vasorum inflammationum cha- racteres anatomici? | |
| § I. De sanguiferorum vasorum rubedine. | 15-16 |
| § II. De emollitione. | 17-18 |

| | |
|---|-------|
| § III. De polyposis concrecionibus. | 18-19 |
| § IV. De pure in sanguiferis vasis (cætera anatomica conscii prætermisimus. | 19-20 |
| CAPUT III. Suntne sanguiferorum vasorum inflammationum cha- racteres therapeutici? | 20-21 |
| QUÆSTIO SEGUNDA. An sanguiferorum vasorum inflammationes februm effectus? | 21 |
| § I. In febre inflammatoriâ? | 21 |
| § II. In febre biliosâ? | 21 |
| § III. In febre adynamicâ et typho? | 22 |
| § IV. In febribus intermittentibus? | 22 |
| § V. In febribus exanthematicis? | 23-24 |
| COROLLARIA. | 24 |
| ELENCHUS, seu synopsis analytica. | 27 |

TABULÆ FINIS.